



**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]  
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.  
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Ca. XII. Onus verbi domini super Jsrahel: Dixit dominus exte[n]dens  
cœlum, [et] fundans terra[m], [et] fingens spiritum hominis in eo. Ego  
pona[m] Hierusale[m] superliminare crapulę omnibus populis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

# RUPERTI ABBATIS TUTTIENSIS IN ZACHARIAM PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER QVINTVS.

Obens deus (inquit) ostendere iram, & notā facere potentiam suam, sustinuit Ro.  
in multa patientia, uasa iræ apta in interitū, ut ostenderet diuitias gloriae suæ,  
quæ p̄parauit in gloriam. Huius sermonis uere apostolici reminisci p̄sens  
prophetæ textus nos facit, q̄a reuera quales deus esset ostensus gloriae suæ  
diuitias in uasa misericordie, magnifica oris propheticæ gratia, sp̄us sanctus ce-  
cavit, cum in anterioribus tū maxime ab eo quod ait: Exulta fatis filia Sion, usq; ad id. Apes  
Liber portas tuas, & quantæ iræ uasa futuri esent. Iudei increduli, significauit ab eo lo-  
co, usq; ad inclinationem, super brachiū & oculū dextrū pastoris stulti. i. Antichristi. Nimi-  
ri cōgruebat eidē sancto prophetico sp̄ti, ut illā quā dicebat uel intendebat exultationē fi-  
lia Sion, siue iubilationē filia Hierlm̄, denūciaret in hoc seculo nō fore securā, multis pres-  
suis hominū esse premendā secundū quorundā titulos Psalmorū, qui inscribūtur, pro tor-  
cularibus, id est, pro tribulatiōibus, qbus sancta in hoc mādo ecclēsia premitur, iuxta illud:  
Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo, persecutionē patiuntur. Sequitur ergo. L. Onus  
verbi domini super Israhel: Dixit dominus extēdens cœlum, & fundans terrā, &  
singens spiritum hominis in eo. Ego ponā Hierusalē superliminare crapulæ om-  
nibus populis in circuitu, sed & Iudas erit in obsidione contra Hierusalē. Et erit  
in die illa, ponā Hierusalē lapide oneris cunctis populis. Omnes qui leuabūt eā  
concionē lacerabuntur, & colligentur ad eā omnes gentes terre. Superliminare  
crapulæ quid est, nisi domus saturitatis? Nimirū hoc de illa terrena Hierlm̄ nullatenus uera  
citer dici potest, aut intelligi, quia postq; mercedē supradictā pastoris sui trīginta argēteos  
appendit, miserabilē facta est domus famis, nō solummodo famis audiendi uerbū dei, uerum  
etī corporez famis, q̄ cogeret matres quoq; carnibus filiorū uesci, iuxta maledictionē legis  
Mosi dicentes: Obsideberis intra portas tuas, & comedes fructus uterit tui, & carnes filiorū  
tuoz et filiarū tuarū, quas dederit tibi dñs deus tuus, in angustia & uastitate, qua opprimet te  
hostis tuus. Ergo Hierlm̄ hic, sicut & in pleris p̄ scripturaz locis ecclēsia significat in hoc  
mundo peregrinantē, quæ q̄ diu peregrinatur, & si nondū re, tamen spe iā est cœlestis Hie-  
rusalē, & ista est quā posuit dñs supliminare crapulæ, iuxta illud: In loco pascue ibi me collos  
cauit, sup aquā refectiois educauit me. Crapula nāq; nō semp̄ p̄dicatur de malo, cū Psal-  
mista dicat: Et excitatus est tanq; dormiens dñs, tanq; potens crapulatus à uino. Quare aut  
proto domo hic placet intelligi superliminare, & p̄to domo saturitatis dictū esse superli-  
minare crapulæ? Videlicet quia ubi primū figurata est refectio siue saturitas ecclēsiae, sig-  
nūm cōiuīj iūsum est ponī in superliminari, & in utroq; poste, ut uidens dñs sanguinem  
transcenderet ostiū, & nō sineret percussorē ingredi domos Israhel & lādere. Nēpe agnus  
alle ḡ intus comedebatur, illud significabat. Unde Hierlm̄. i. domus siue ecclēsia Christi p̄,  
sem̄ loco superliminare crapulæ uocari meretur. Hoc ab oībus populis in circuitu persen-  
titur. Dicit ēm̄ Ap̄lus: Quia Christi bonus odor sumus deo in omni loco in his qui salui si-  
unt, & in his qui pereunt. Alijs quidē odor mortis in morte, alijs aut̄ odor uitæ in uitā. Qui  
bus crapula h̄ac exitit odor mortis in morte, ipsi obsederunt Hierlm̄. Quid aut̄ est qd̄ con-  
tinuo dicit, sed & Iudas erit in obsidione cōtra Hierlm̄. Nimirū idipsum qd̄ Ap̄lus cū dix-  
isset, periculis ex genere, periculis ex gentibus &c. Intulit etī istud, periculis in falsis fratri-  
bus. Eiusmodi confessores q̄ Christiano noīe cōsentur, & cōsistent se nosse deū, factis autē  
negant, hoc loco per Iudā, qd̄ interpretatur confessio, recte intelliguntur, qm̄ dicunt esse in  
obsidione contra Hierlm̄. At illa, uidelicet Hierlm̄, non est talis, ut facile possit moueri, &  
omni uento circuferri, hoc est qd̄ ait: Et ponā Hierlm̄ lapidē oneris cunctis populis, omnes  
qui leuabūt eā, cōcissionē lacerabuntur. Similitudinē hanc de cōsuetudine gentiū assumpit  
que h̄m̄ erat, ut in uiculis, oppidis, & castellis, rotūdi poneretur lapides grauissimi pōdes,  
usq; ad quos iūuenes se exercere solebāt, & eos pro uarietate uiriū subleuare, alij usq; ad ge-  
nua, alij

Superflūna  
re crapulæ, ec  
clesia Christi.

Deut. 28,

Psal. 22.

Exo. 12.

z. Cor. 2

Per inuidiam  
falsi fratres  
designantur.  
z. Corin. 11

Tit. 1.

Lapis oneris.

# COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. V.

nua, alij ad umbilicū, alij ad hum eros, & caput, nōnulli sup uerticē, erectis iunctisq; manib; magnitudinē viriū demōstrantes. In arce Atheniensium iuxta simulachrū Minervā vidi (ait beatus Hieronymus) sphaerā & neam grauissimi pōderis, quā ego pro imbecillitate corporis mouere uix poterā. Cum quārerē quid nā sibi uellet, responsum est ab urbis eius cultoribus. Athlerat̄ in illa massa fortitudinē cōprobari, nec prius ad agōnē quēq; dēcēdere, q̄ ex eleutiōe ponderis sciatur. Sensus ergo iste est. Ponā Hierlm. i. ecclesiam sicur lapidē oneris, cuius pōderi cunctorū populorū seu omniū gentiū terrae, q̄ colligūtur aduersus eam, uires nō possunt cōparari quatinus eā agitādo, à fide Chri disspellere, & cōsciente queant quo uoluerint, quinimō ipsi qui conātur eā agitare, cōcidantur, laceretur, rūpant, & anhelo spū discruciat̄. In illa die dicit dñs, percuriā omniē equū in stupore, & rēfē sorem eius in amentiā, & sup domū Iuda aperiā oculos meos, & omniē equi populorum percutiam in cecitate. Et duces Iuda dicent in corde suo. Confortetur mihi habitatores Hierusalē in domino exercitū, deo eorum. Hoc loco domus Iuda non eodem sensu accipitur, quo supra. Nā illic dictū est: sed & Iudas erit in obsidione contra Hierusalem. Hic aut̄ dicitur, & duces Iuda dicēt in corde suo: cōfortentur mihi habitatores Hierusalem in domino, itemq; & super domum Iuda aperiā oculos meos, quā uidelicet oculorū apertio, misericordia recordatio, gratia est effusio. Huius uidelicet Iuda duces, quorū singuli dicent (ait) in corde suo: confortentur habitatores Hierusalem in dño Apostoli fuerunt, & apostolici uiri sunt, quibus magnū fuit, & magnū est desideriū, ut habitatores Hierusalem, i. filii ecclesiæ nō deficerent, aut deficiant in tribulationibus, quae ab omni equo & ascensore eius. i. ab omni potestate huāna, & ab omni superbiente in altu, dñe potestatis, inferunt eis. Quos ego percutiā (ait dñs) in stupore & in amentiā, & in cecitate, & ut (ait Ap̄lus) primo ludæū, deinde Græcū, i. gētilem. Primo nāq; Iuda amēta & cecitate peccati sunt, iuxta prophetiā dicentes: Excēca cor ppli huius, & aures eius agrava & oculos eius claude &c. Econtra sup domū Iuda aperiā oculos meos. i. donis sancti ipsi illustrabo duces. i. Ap̄los meos. Isti duces in die pentecostes ignei facti sunt, dum in specie Actu. 2. ignis spiritū sanctū acceperunt, sicut scriptū est. Et apparuerūt illis dispertite lingue tanq; ignis, sediq; sup singulos eorū. Sequt̄ ergo. In die illa ponā duces Iuda sicut caminū lignis in lignis, & sicut faciem ignis in sceno, & deuorabūt ad lumen & ad dexterā oēs populos in circuitu. Fcēnū p̄tā leviora, ligna peccata grauiora significant, Eiusmodi fcēnū & eiusmodi ligna cōsumptserūt. Ap̄li in his q̄ cōuersi sunt ad fidē Christi, potestate quā acceperūt ab ipso, dicēte illis: Quorū remiseritis peccata, remittūtur eis. Quid cōsumptserūt u' cōsumūt? Sicut ligna caminū ignis, sicut fcēnū cōsumit facies ignis. Item deus noster spū sanctus, quē acceperūt, ignis cōsumēst, unde & cōgruū signū dedit ap̄l Deut. 4. parēdo tāq; ignis & proīnde remissio peccatorū, quā nō ex hoībus, sed ex spū sancto est, rete hic designat p̄ caminū faciē & ignis, ligna & fcēnū cōsumētis populos. i. p̄tā populos ad dexterā & ad sinistrā, & in circuitu deuorātis. Ad dexterā Iudeis, ad sinistrā Græcus fuīe gētilis erat, & euāgelizādo in utrāq; partē, p̄dicādo remissiōne p̄tōrū p̄ Chri fidē, circuīre oportebat, unde et Paulū mādi circuitore nōnulli dicebāt. Quid multa! Factū est id, qd protin' sequt̄. Et habitabitur Hierusalē, rursum in loco suo in Hierusalē, & saluabit dñs tabernacula Iuda sicut in principio, vt non magnifice glorietur domus David, & gloria habitatiū Hierusalē contra Iudā. Quāvis uniuersitas electorum una sit Hierlm, unus sit Iuda, & una domus David, tñ hoc loco distinctionē lūda & Hierusalē siue domus David, scriptura nos quārere cōpellit, & inuenire uel demōstrare, qd ubi, et quō domus David et glā habitatiū Hierlm, magnifice cōtra Iudā gloriatā sit. Ergo domū David et habitatiē Hierlm eos intelligimus, q̄ ex Iudeis in Christū crediderūt, Iudā aut̄ eos qui ex gētilib; conuersi sunt. Nimis in Actib; Ap̄lorū habemus qd et quō credētes ex Iudeis, cōtra illos qui ex gētilib; crediderūt, magnifice gloriatā sunt. Quare ingunt, introīsti ad uiros præputiū habentes, et māducisti cū eis. Introierat em̄ ad Comellū, et eos qui cum eo erāt, et qm̄ sup eos spū sanctus ceciderat, iussērat eos baptizari in noī leſu Christi. Itemq; descendētes quidā de Iudæa docebāt fratres apud Antiochiam, ganūcīcū cūcidamini secūdū morē Moysi non potestis salui fieri, facta est sediō nō minima Paulō & Barnabā.

Duces Iuda,  
Apostoli.

Roma. 2.

Efa. 6.

Actu. 2.

Remissio pec  
catorū p̄ spm  
sanctū. Qui ē  
ignis confus  
mens.

Iohan. 20.

Deut. 4.

Domus D  
avid cōtra Iu  
dam quō glo  
riata est.

Actu. 17.

Actu. 18.

IN ZACHARIAM PROP. CAP. XII. FO. CCXXX.

& Barnabæ aduersum illos, Nonne hoc erat domū David, & habitantes Hierlm cōtra Iudæi id est, credentes ex circūcisione contra credentes ex præputio magnifice gloriari? Paus Apostolus in epistola ad Romanos in eo totus consilistit, ut excludant eiusmodi gloriationē Iudæi, nō per legem factorū, sed p legē fidei, & ecce in hoc cōflictu, non domui David, sed Iudæi, i. nō Iudæo credēti, sed Græco fideli iustitia victoria concessit. Ait ergo: Et saluabit dominus tabernacula Iuda, sicut in principio, id est, ecclesiā consitentia sibi, saluabit, nō per legē factorū, uidelicet circūcisionis & ceremoniarū, sed per legē fidei, per quam saluatus est & Abrahā in principio. Quid em̄ scriptura dicit? Credidit Abrahā deo, & resputatū est illi ad iustitiā. Quomodo reputata est illi fides ad iustitiā? In circūcisione an in pūtationē? Nō in circūcisione, sed in pūtio, nondū em̄ erat circūcisus. Hoc mō fieri qd pūmisit: & habitabitur Hierlm rursus in loco suo in Hierlm. Hierlm (ingt) habitabitur in Hierlm, id est, universitas electorū pacē habebit cū deo, scilicet peccatorū remissionē, quæ pax signifiſcatur noī Hierlm. Qd aut̄ dicit rursus, nō nihil attinet ad rē, ga uidelicet oīm̄ habitare cōperat in illo loco, paradyso deliciarū, uidelicet in Adā, in quo sicut oīs peccauerūt, ita oīnes in eo posūt illi, oīs inde in eo proieci sunt. Vnde apud Esaiā df eidē Hierlm. Filii tui proiecūtūt, dormierūt in capite oīm̄ viarū, sicut bestiā illaqueata, pleni indignatiōe dñi, in crescētione dei tui. In die illa proteget domin⁹ habitatores Hierusalē, & erit qui offendēt ex eis in die illa quasi David, & dominus David quasi dominus dei, sicut an gelus domini in conspectu eoz. Dies quā hic tā saepē pronūciat, tēpus omne ēst à resurrectione Chri usq; ad diū iudicij, q dies erit resurrectiōis uniuersalis. Eterñ hoc omne te pūsidē dñs apus Esaiā uno eodēq; loco & diē nuncupat. & tēpus dū dicit: Tēpore accepto exaudiū te, & in die salutis adiūvi te. Quod Apostolus breuiter exponēs: Ecce nunc (ingt) tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis. In hoc tēpore, in ista die proteget dñs habitatores Hierlm, id est, omne in se credentiū multitudinē, ita nimis, ut, sicut Ap̄l̄as dicit: Nulla sit distinctione Iudæi & Græci. Nā hoc est quod dicit: & erit qui offendēt ex eis in die illa quasi David. Quod ita cōgrue ualeat intelligi. Gentilis, qui colendo idola offendit, erit quasi Iudæus, qui nō nisi unū coluit, unde & sibi confidit, & super Gentile se extollit, in tantū, ut p̄ lite sedanda, apostoli fortissime differere, scribendo epistolā ad Romanos, necesse fuerit. Nec p̄tereundū, quod sensum Apostoli, ubi cōmemoratis Gentiliū peccatis, conuersus ad Iudeum, dicit: In quo iudicas alterū, te ipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas, illū (inquit) sensum hic huiuscēmodi dicit̄ subtilliter innuit, & erit q offendēt ex eis in die illa quasi David. Nam & David offendit. Igitur (sicut iam dicit̄ est) ut non magnifice glorietur dominus David, & gloria habitatiū Hierusalē contra Iudæi, ita & nūc dicendū, quod alter alteri, scilicet Iudæus Gentili non possit p̄ferrī, quoniam omnes peccauerunt & ei gentilis gloria dei, & ita Iudæi peccata sicut Gentilis, ita Gentilis peccata remittentur, sicut Iudæi p̄ fidem Iesu Christi, & hoc est eū, qui offendit esse quasi David, David sicut eum qui offendit. Et ne forte dicas, quid magnū est eū qui offendit esse sicut David, id est, Gentile Iudæo p̄ Iesum Christū in gratia coequari, protinus dicit: Et dominus David quasi dominus dei, sicut angelus dñi in cōspectu eoz. Gratulandū igitur est ei qui offendit, q sit sicut David, i. sicut Iudæus, eiusdē fidei cuius fuit David, quia cōsequenter ipse æque ut ille est, quasi dominus dei, sicut angelus dñi, ut uidelicet una & uniformis societas angelorū & hominum Gentilium q̄ Iudæorū una sit dominus, una cōceletis Hierusalē, ciuitas dei uiuentis, & hoc in cōspectu eorū, id est, in uisōe qua oīs pariter deū uidebūt. Et erit in die illa, quæ rāconcerere oīs ḡtēs, quæ veniunt contra Hierusalē. Hoc expositiōe hue alicuius suavitatis aut lenitatis interpretatiōe nō indiget, quia uidelicet, & siuerbū hoc interdū misericordiā significare potest, tamē nulli dubiū aut ignotū est, quin in illa die iudicij debeat dñs cōterere omnes gentes, quæ ueniūt cōtra Hierusalē, quæ tantū martyris sanguinem fudeunt & p̄oententia nō egerunt. Sed ante hoc reliquias ex Iudæis cōuertēdæ sunt. At ergo Et effundam super dominū David & super habitatores Hierusalē, spiritum gratiæ & precū, id est, spiritum regni & precū. Nō quidē modo sunt dominus David, hue habitatores Hierlm, quamdiu inceduli sunt, sed effundendo super reliquias eorū spiritū gratiæ & precū, id est, spiritum regni & precū, id est, spiritū & magnū est gratiæ donū, fiet, ut sint dominus David, ut sint

Gene. 55.  
Ro. 4.

Dies illa, tem  
pus gracie, in  
q̄ nos sumus.  
Esai. 49.  
z. Cor. 6.

Roma. 3.  
Nō debet Iu  
dæus gloria,  
ri contra Ḡ  
tilem.  
Rom. 2.

Roma. 3.

# COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. V.

habitatores Hierlm. Post hoc erit illa dies iudicij, de qua dixit: In die illa queram cōterere oēs gente; quā ueniūt cōtra Hierlm. Vnde protinus sequitur. L Et aspicient ad me quē confixerunt, et planctu plangent eū, quasi super unigenitum, et dolebunt super eum ut doleris solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plāctus Adremmon in cāpo Maggedo, et plangent terre familię, et familię seorsum. Familię dom⁹ Baudiuſorū, familię dom⁹ Mathan seorsum, et mulieres eorū seorsum, familię dom⁹ Leui seorsum, et mulieres eorū seorsum. Familię Semei seorsum, et mulieres eorū seorsum. Et oēs familię reliquę familię et familię seorsum, et mulieres eorū seorsum. L At Adremmon urbs est iuxta Iezrahel, q̄ hoc oīm uocabulo nuncupata est, & hodie vocatur Maximianopolis in cāpo Maggedo, in quo Iosias rex iustus à Pharaone, cognome Necho, vulneratus est, super quo lamētatioēs scribit Hieremias, q̄ legūtur in ecclesiā, & scriptis ēū testat liber Paralipomenon. Sed nunq̄d quādō sicut qd hic loquitur, & aspiciet ad me quē cōfixerūt, & plāctu plangent quasi super unigenitū, nunq̄d (inqua) nō maior plāctus. Et uscirūt, q̄ fuit pro morte Iosiae regis iusti. Fuerit quidē plāctus ille grādis & sapientēs positus, ut familia domus Daud, familia regalis: & familia domus Nathan, q̄ propheta fuit; & familia domus Leui, ex quo ortū est sacerdotiū: & familia domus Semei, ex q̄do docērū agmina pullularū, & reliquiæ familię, quas, quia nō habebāt aliquod priuilegiū dignitatis, uniuersas absq; nomine cōprehendit, plagerent eū uiri seorsum & mulieres seorsum; uerū plāctus illius magnitudo quantacunq; fuit, nihil ad magnitudinē plāctus futuri, quādō ille quē confixerunt, aspiciendus apparebit. Tantūmodo propter aliquantulā similitudinē hic illius plāctus meminit, ut solent interdū res maximæ, ex minimarū aliō milatione melius intelligi. Minimū fuit, q̄ hoīes hominē plangentes, modū uel habitū sui plāctus ita deposuerūt, ut singulę familię seorsum, singularūq; familiariū uiri seorsum, et mulieres eorū seorsum, plagerent seorsum; Maximū autē erit, q̄ in illo plāctu oēs tribūsterræ & maxie qui illū cōfixerunt, oēs omnino peccatores & impii, qui p̄cēnitiam nō egerebūt, plāgent seorsum, quāuis omnes ad unū congregentur iudicium, omnes ad unū descendant carcerem, id est infernū, omnis aius ab omni animo erit seorsum, multū occupatus apud semet ipsum, nec amicā respiciens nec amicū. Item minimū est quod in hoc seculo plangēt mater super unigenitum, uel dolet in morte primogeniti, maximū autē erit quod tunc plangē & dolebunt uere primogenitum, uere unigenitum. Quid em̄ dī synagoga mater infelix! Vnigenitus dei filius, qui de carne tua natus est, mortuus est tibi, mortuus (inqua) est tibi, nō solū tam prō eo quod tu illū occidisti, uerū etiam prō eo, quod tu illū resurrexisse nō credis, quod sit uiuus scire non uis, audire non pateris. Et quidē utcūq; est tolerabile malū, ubi mater in hoc seculo morientem amittit filium, quē habebat unigenitum, quamvis nullū spereti bi nasci alium, sed illud edici non ualeat, satis excogitari non potest, q̄ sit infelicissimum amississe saluatorem unicū & unigenitum, ita, ut iam nec ipsum liceat sperare nec alium. Segut,

C.A. XIII. L In die illa erit fons patens domus Baud & habitantibus Hierlm, in abiūtione peccatoris & menstruati. Et erit in die illa dicit dñs exercitū. Dispersione Recapitatio. mina idoloz̄ de terra, & non memorabunt vltra. L Iterū ad superioratē p̄ sermo res currit, qui uidelicet recursus recapitulatio df. & frequēs est in scripturis prophetiis. Abeo sup. qd dixerat, tu q̄q; in sanguine testamēti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quon̄ est aqua, usq; ad plāctū iam dictū sermo processit, eodē ordine quo erant res gerendæ, à passione eiusdē domini usq; ad finē seculi, diemq; uniuersalis iudicij. Nunc ad tēpus recurrit eiusdē dominica passiōis, & unde loqua dices? Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti uinctos

Fons dom⁹ tuos de lacu, inde nūc rursus loquitur: in die illa erit fons patēs dom⁹ David. Quis enī ē iste David, baps⁹ fons dom⁹ David, nisi baptismi sacfm, qd emanauit de latere filii David patefacto lācā m̄litis? Exiuit em̄ sanguis & aqua. Sāguis, ut redimeremur: aqua, ut renasceremur. Exticūq; ad cōsummationē seculi, toto hoc tpe accepto, toto hoc die salutis patēs est fons ille dom⁹ David, & habitatib⁹ Hierlm. i. Christiana religioni, et oībus q̄ per fidē habitat intra sanctā ecclesiā. In quod opus est illis fons patens? In ablutionē peccatoris & menstruati, id est, in remissione peccatorū creditis ex circūcisione, creditis ex gentilitate, quā sanguine fluxit idololatriz. In omnium ablutionē fons patens est, nulli claudendus est. Et notandum

Adremmon,  
urbs.

z. Para. 35.  
Plāctus sus  
per Iosia.

Aelonge ma  
for erit plāctus  
d̄xs in die ius  
d. cii.